

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1129 - 1132

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

sederint, predicti heredes sine omni spe recuperationis jus hereditatis amittant. si autem canonicus, qui eandem curiam tenet, obierit, ipse heres succedenti domno carradam vini persolvat et eundem domnum ad minus cum sex equis ad eandem curiam ducat ibique servicio in nocte dato et prandio in crastino fidelitatem cum
 5 juramento ei promittat. si vero heres obierit, ille, qui hereditati de predictis heredibus successerit, idem faciat. acta sunt hæc anno ab incarnatione domini 1129 sub manu Adelgoti prepositi cum testimonio Diezmanni decani, Bertoldi cantoris, Cönradi camerarii, Eberhardi cellerarii, Bertoldi portarii, Karoli et aliorum canonicorum, qui tunc in civitate erant. laicorum etiam testimonium aderat: Heinrici
 10 advocati, Sigefridi urbis prefecti, Rödolfi causidici, Friderici, Ödalrici, Wolframmi, Adalberti aliorumque quamplurium, quos enumerare longum esse duximus.

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2709 or. mb. lit. pat. sine sig.

Gedruckt nach dem lib. sal. 1347 bei Würdtwein Nova subs. dipl. VII, 71 nr. 26 = Grandidier Hist. d'Als. II, 274 nr. 614 i. Auszug.

15 **80.** *Domprobst Adelgot übergibt Burchard von Königshofen Grundbesitz zu Hausbergen und in der Straßburger Vorstadt gegen eine jährliche Abgabe an die St. Stephanskirche und das Domcapitel von Straßburg. 1132 Straßburg im Münster.*

Non minima est habenda^a gratia literis, quarum usu antiquitas redit ad memoriam et *in futurum*^b ævum res in presenti habita diffunditur et portenditur.

20 placet igitur tam futuris quam presentibus sub testimonio scripturarum certum reddere, quod ego Adelgotus Argentinensis ecclesie prepositus cuidam militi Burchardo nomine de Kunegeshoven mansum unum, qui situs est in pago Hugenberg, sub jure hereditatis perpetue concessi ea lege, quatenus singulis annis ecclesie beati Stephani in festo videlicet ejusdem unciam provisorie ejusdem persolvat et sancti-
 25 monialibus duas uncias eodem die indubitanter vel ipse vel hereditatis illius successor offerat. quodsi statuto die non fecerit, in crastino offerat quod debuit. negligentiam vero supersessionis sue duobus solidis emendet et corrigat. quodsi tres legitimas indutias negligenter vel presumptuose supersederit, jus hereditatis prorsus amittat. hortos quoque duos, qui siti sunt in suburbio juxta ecclesiam beati Petri
 30 senioris, eidem Burchardo ego Adelgotus accommodavi, ut majoris ecclesie preposito singulis annis in festo sancti Johannis baptiste unciam persolvat simili condicione, sicut supra dictum est. facta sunt hæc anno ab incarnatione domini 1132 in majori monasterio presentibus tam sanctimonialibus quam canonicis et utrisque pro sua parte laudantibus, annuente etiam Gebehardo episcopo et rogante
 35 et inpressione sigilli sui confirmante. hujus rei testes aderant advocatus Henricus, Sigefridus burgravius, Ödalricus frater ejus, Rödolfus causidicus, Hüg senior, Hüg junior, Adelbertus, Burchardus, Simon et alii.

Dez. 26

Juni 24

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2709 cop. mb. sec. XII c. sig. pend. delapso. Die Art der Besiegelung sowie der imitatorische Schriftcharacter verrathen die Copie.

40 *B 1 coll. ibid. G nr. 3463 Copialbuch des Domcapitels Urk.-Nr. 345 von einer Hand des ausgehenden 16ten Jahrh.*

a) In B Lücke durch Abreißen des Pergaments entstanden. b) Lücke in B.